

# Universitätsbibliothek Wuppertal

## Orationvm Marci Tvl. Ciceronis

Accesserunt breues animaduersiones ex doctissimorum hominum  
commentariis, quibus ita loci permulti explicantur, vt vulgo receptæ  
lectionis vbique ratio habeatur

**Cicero, Marcus Tullius**

**Lvgdvni, 1586**

Oratio XLVI: In M. Antonium ad quirites, Philippica IIII.

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-343](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:468-1-343)

te legio quarta uia L. Egnatuleio duce, ciue egregio, senatus auctoritate, populiq; Ro. libertate defendat, defenderit: senatu magna curæ esse, ac fore: ut pro tantis eorum in rep. meritis honores eis habeantur, gratia&q; referantur: senati placere, uti C. Pansa, A. Hircius, cōsules designati, cum magistratum inissent, si eis uideretur, primo quoq; tempore de his rebus ad hunc ordinem referret, ita uti e republica, fideq; sua uideretur.



IN M. ANTONIVM P.B.  
AD QVIRITES,  
PHILIPPICA I.III.

## ORATIO XLVI.

**T**Requestia uestrum incredibilis, Quirites, concioq; tanta, quantâ meminisse non uideor, & alacritatem mibi summam assert reipublicæ defendendæ, & spē recuperandæ libertatis. quāquam animus miki quidem numquam defuit, tēpora defuerunt: quæ simulac primum aliquid lucis ostēdere uisa sunt, princeps uestra libertatis defendendæ\* sui, quod si ante facere conatus essem, nunc facere non possem. Hodie enim dic, Quirites, ne mediocrem rem aīā arbitremini, fundamenta sunt iacta reliquarū actionum. nam est hostis a senatu nondū uerbo appellatus, sed re iā iudicatus Antonius. Nunc uero multo sum efficior, quod uos quoque hostē illū esse tanto cōsensu, tātoq; clamore approbanistis.

Neq;

Neq; enim, Quirites, fieri potest, ut nō aut ijs sint impij, qui contra consulem exercitū cōparauerūt, aut ille hostis, contra quem iure arma sumpta sunt. Hanc igitur dubitationē, quāquam nulla erat, tamē ne qua posset esse, senatus hodierno die sustulit. C. Cæsar, qui rēp. libertatēq; uestrā suo studio, consilio, patrimonio deniq; tutatus est, & tutatur, maximis senatus laudibus ornatus est. Laudo, laudo uos, Quirites, cū grauissimis animis prosequimini nomen clarissimi adolescentis, uel pueri potius. Sunt enim facta eius immortalitatis, \*nō mē atatis, multa memini, multa audiui, multa legi: nihil ex omni seculorū memoria tale cognoui. qui cū ser-

P. 192. virtute premeremur, in dies malum cresteret, prāsidij nihil haberemus, capitale & pestiferū Brūdīsio M. Antonij reditū timeremus, hoc insperatum omnibus consiliū, incognitum certo ceperit, ut exercitū inuictū ex paternis militibus cōficeret, Antonijq; furorē crudelissimus cōsilijs incitatum a pernicie reip. auerteret. Quis est enim, qui hoc nō intelligat, nisi Cæsar exercitū parauisset, nō sine exitio nostro futurum Antonij reditū fuisse? Ita enim se recipiebat ardēs odio uestri, crueius sanguine ciuium Romanorū, quos Sueſſæ, quos Brūdīsij occiderat, ut nihil nisi de reip. pernicie cogitaret. Quod autē erat prāsidij salutis, libertatisq; uestra, si C. Cæsar is \*fortissimorū sui patris militum exercitus non fuisset cūius de laudibus, & honoribus, qui ei pro diuinis, & immortalibus meritis dūini, immortalesq; debetur mihi se natus assensus paullo ante decreuit, ut primo quoq; tēpore referretur. Quo decreto quis non perficit Antonij hostem esse indicatū, quē enim appellare possum cū, cōtra quē qui exercitus ducūt, ijs senatus arbitratur singulares exquirēdos honores? Quid legio Martia? quae mihi uidetur diuinatus ab eo deo traxisse nomen, a quo populu Ro. generatiū acce

decepimus: nonne ipsa suis decretis prius, quā senatus, hostem indicauit Antoniu[m] nam, si ille non hostis, hos, qui consulē reliquerunt hostes, necesse est iudicemus. Præclare, & loco reclamatio[n]e nostra factum pulcherrimum Martia-  
lum comprobauistis, qui se ad senatus auctoritatem, ad li-  
bertatem uestram, ad uniuersam remp. cōtulerunt hostem  
illum, & latronem, & paricidam patriæ reliquerunt. Nec  
solum id animose, & fortiter, sed considerate etiam, sapiē-  
terq; fecerunt. Albae constiterunt in urbe opportuna, mu-  
nita, propinquā fortissimorum virorum, fidelissimorum cī-  
vium, atque optimorū. Huius Martiæ legi n̄is legio quarta  
imitata uirtutem, duce L. Egnatuleio, quē senatus merito  
paullo ante laudauit, C. Caſaris exercitum persecuta est.  
Quæ exspectas, M. Antonio, iudicia grauior à Caſar feriur  
in ealum, qui contra te exercitum comparauit. Iandantur  
exquisitissimis uerbis legionis, quæ te reliquerunt: quæ a  
te accersitæ sunt: quæ essent, si te cōsulem, quam hostē ma-  
luisses, tuae. quarum legionum fortissimum, uerissimumque  
iudicium cōfirmat senatus, comprobat uniuersus populus  
Rom. niſi forte uos, Quir. cōsulem, non hostem iudicatis  
Antonium. Sic arbitrabar, Quirites, uos indicare, ut ostē-  
ditis. Quid municipia, colonias, præfecturas num aliter in-  
dicare censem? omnes mortales una mente consentiunt:  
omnia arma eorum, qui hæc salua uelint, contra illam pe-  
stem esse capienda. Quid D. Bruti iudicium, Quirites, quod  
ex hodierno eius edicto perspicere potuistis, num cui tan-  
dem contemendum uidetur? Reſte, & uere negastiſ, Qui-  
rites. est enim quasi deorum immortalium beneficio, & mu-  
nere datum reip. Brutorum genus, & nomen ad libertatē  
populi Rom. uel constituendam, uel recuperandam. Quid  
igitur D. Brutus de M. Antonio iudicauit? exclusit prouin-

cia: exercitu obstitit: Galliam totam hortatur ad bellum, ipsam sua sponte, suoq; iudicio excitatam. Si consul Antonius, Brutus hostis: si conseruator reip. Brutus, hostis Antonius. num igitur utrum horum sit, dubitare possumus? Atqui, ut uos una mente, unaq; uoce dubitare uos negatis, sic modo decreuit senatus. D. Brutum optime de rep. mere-ri, cum senatas auctoritatem, populique Rom. libertatem, imperiumq; defenderebat, a quo defenderebat nempe ab hoste.

P. 193. quæ est enim alia laudanda defensio? Deinceps laudatur prouincia Gallia, meritoque ornatur uerbis amplissimis a senatu, quod resistat Antonio: quem si consulem illa prouincia putaret, neq; eum reciperet, magno sceler e se astrin geret. omnes enim in consulibus iure, & imperio debent esse prouincia. Negat hoc D. Brutus imperator consul designatus, natus reip. ciuiis; negat Gallia; negat cuncta Italia negat senatus; negatis uos. Quis igitur illum consulem nisi latrones putant? quamquam ne ij quidem ipsi, quod loquuntur, id sentiunt: nec a iudicio omnium mortalium, quāuis impij, nefarij q; sint, sicut sunt, dissentire possunt. sed spes rapimenti, atq; prædandi obcæcat animos eorum: quos non honorum donatio, non agrorum assignatio, non illa infinita Pompeij hastæ satiauit: qui sibi urbem, qui bona, & forunas ciuium ad prædam proposuerūt: qui, dum sit, quod rapiant, quod auferant, nihil sibi defuturu arbitrantur. quibus M. Antonius (o dij immortals auertite, & detestamini quoq; hoc omen) urbem se diuisuru esse promisit. Ita ue-ro, Quirites, ut precamini, eueniat, atque huius amenita pena in ipsum, familiamq; eius recidat. quod ita futurum esse confido. iam enim non solum homines, sed etiam deos immortales ad remp. conseruandam arbitror consensisse. Siue enim prodigjs, atq; portentis, dij immortales nobis fu-

tura

tura prædicunt: ita sunt aperte denunciata, ut & illi pena,  
& libertas nobis appropinquet: sine tantus consensu om-  
nium, sine impulsu deorum esse non potuit, quid est, quod  
de voluntate cœlestium dubitare possimus? Reliquum est,  
<sup>P. B.</sup> Quirites, ut uos in ista sententia, quam præ uobis fertis,  
persueneretis. Faciam igitur, ut imperatores instructa acie  
solent, quamquam paratissimos milites ad præaliandum ui-  
deant, ut eos tamen abortentur, sic ego uos ardentes, &  
erectos ad libertatem recuperandam cohortabor. Nō est, non  
est uobis, Quirites, cum eo hoste certamen, quo cum ali-  
qua pacis conditio esse possit, neq; enim ille seruitutem ue-  
stram, ut ante a, sed iam iratus sanguinem concupiscait. nul-  
lis ei ludus uidetur esse iucundior, quam crux, quam cæ-  
des, quam ante oculos trucidatio ciuium. Non est uobis res,  
Quirites, cum scelerato homine, atq; nefario, sed cum im-  
mani, tætræq; bellu: x:que, quoniam in foue a incidit, obrua-  
tur. si enim illinc emerserit, nullius supplicij crudelitas erit  
recusanda. sed tenetur, premitur, urgetur, nunc iis copiis,  
quas iam habemus: mox iis, quas paucis diebus noui con-  
sules comparabunt. Incubite in cauam, Quirites, ut fa-  
citis. numquam interseratum, & uos consensu maior in  
ulla causa fuit: numquam tam uehementer cum senatu  
consociati fuistis. nec mirum. agitur enim non qua condi-  
tione uicturi sed uicturine simus, an cum supplicio, ignomi-  
niaq; perituri. quamquam mortem quidem omnibus natu-  
ra proposuit: crudelitatem mortis, dedecus, uirtus pro-  
pulsare solet: quæ propria est Romani generis, & feminis.  
hanc retinete, quæso, Quirites, quam uobis tamquam here-  
ditatem maiores uestri reliquerunt. quæ amquam alia omnia  
incerta sunt, caduca, mobilia: uirtus est una altissimis defi-  
xaradicibus, quæ numquam ulla uia labefactari potest,

numquam dimou:ri loco. hac maiores nostri primum uni-  
 ue: sam Italiam aenicerunt; deinde Carthaginem excide-  
 runt, Numantiam euerterunt; potentiissimos reges, bellico-  
 sissimas gentes in ditionem huius imperij redegerunt. Ac  
 p. 194. maioribus quidem uestris, Quirites, cum eo hoste res erat  
 qui haberet remp, curiam, ararium, consensum, & concor-  
 diam ciuium, rationem aliquam, si res ita tulisset, pacis, &  
 fœderis: hic uester hostis uestram remp. oppugnat, ipse ha-  
 bet nullam: senatum id est, orbi terræ consilium delere ge-  
 fit; ipse consilium publicum nullum habet: ararii uestrum  
 exhausit, suum non habet, nam concordiam ciuium qui  
 habere potest, nullam cum habeat ciuitatem? pacis uero  
 quæ potest cum eo esse ratio, in quo est incredibilis crudeli-  
 tas, fides nulla? Est igitur, Quirites, populo Rom. nictori  
 omnium gentium, omne certamen cum percussore, cum la-  
 trone, cum Spartaco. Nam quod se similem Catilina esse  
 gloriari solet, scelere par est illi, belli industria inferior.  
 Ille, cum exercitum nullum habuisset, repente conflauit:  
 hic eum ipsum exercitum, quem accepit, amisit. Ut igitur  
 Catilinā diligenter mea, senatus auctoritate, uestro studio,  
 & virtute fregisti: sic Antonij nefarium latrocinium ue-  
 stra cum senatu concordia tanta, quanta numquam fuit,  
 felicitate, & virtute exercitū, ac cumque uestrorum, brevi-  
 te, ore oppressum audietis. Evidem quantū cura, labore,  
 uigiliis, auctoritate, consilio eniti, atq; efficere potero nihil  
 pretermittā, quod ad libertatem uestrā pertinere arbitra-  
 bor. neq; enim i il pro uestris in me amplissimis beneficiis  
 sine scelere facere possum, hodierno autē die, primū referē-  
 te uiro fortissimo, nobisq; amicissimo, M. hoc Seruilio, colle-  
 gisq; eius ornatisimis uiris, optimis ciuibus longo inter-  
 vallo, me auctore, & principe ad spē libertatis exarsimus.